

Ob 1^o p. Suar.: Quantitas patet, et actualiter
per se reddi impetrabilis, per qd patet
actualiter occupat locum, sed per ubi circumscriptionum finit
tr actualiter replet, et occupat locum; qd non p suam
essiam est patet, et jovi: impetrabilis, sed per ubi
superadditum. Nego mai: nam reuera hnt in quan-
titate recipimus, non modo impetrabilitatem in p^oa,
sed et impetracionem in actu: un impetrabilitas ab-
sa, et positiva in p^oa debet rive impetratio absa, et
positiva in actu; non apparet alia, nisi actuali occu-
patio loci, atq; ubi circumscriptionum p qd patet ac-
tualiter occupat locum, debet esse impetratio positiva,
et absa in actu. In p^oa, et actuali impetrabilis
positiva, et absa erit ipsa essia quantitatis: p^oa vero,
et actuali impetratio positiva, et absa erit ipsa finit, et
actuali occupatio loci, qd est ubi circumscriptionum.

Ob 2^o quantitas cum ubi definitio n est imper-
trabilis, ut patet in quantitate Christi exien-
tis in Eucharistia, q n excludit quantitatem panis, et vini
ab eodem loco; et impetrabilis non habet patet per ef-
fiam quantitatis, sed per ubi circumscriptionum. Nego an-
Nam, quantitas Christi non sit impetrata, non in de-
sinit esse impetrabilis, sicut illa, qui loquitur, sed actualiter
videat, non in desinit esse insensibilis: un impetrabilis
positiva, et absa, cum sit quidam p^oa, cui correspondet
duplex actus, quam positivus, et alius negativus, nempe
actuali occupatio loci, et actuali remissio alterius corpo-
ri, repletur ab eodem loco, in eo eventu uterque
illius actus impediti, q^a quantitas Christi in Eucharistia
neque occupat locum actualiter, neque replet alium locum.

quod, nimirum quantitate panis, et vini ab eod' loco: qui
 uero penetravit calor, et panisem ad discipulos ingressus
 tanquam clausus, tunc eius impenetrabilitas, postquam, et absa
 habuit 1^m actum positivum, non 2^m negativum, quia reuera
 occupabat locum, n^o in repellere alium corpus ab eod'
 loco, ut patet.

Ob 3^o qualitate inia si mutuo excludi-
 ua ab eod' subto p' inensionem spalem, id ex-
 tensio spali actuali, in toto res intensio spali, quod
 quantitates sunt mutuo exclusiva ab eod' loco p' spalem
 et actualem extensionem. Ad hoc argum' dicitur q' con-
 cepta maiori, et min' negando r'iam, et assignando
 d' iniam rationem, quod intensio in qualitate n^o distinguitur
 ab ipsa qualitate, et ideo p' hanc qualitas est exclusiva,
 et excludens alterius ab eodem subto; ac uero cum ex-
 tensio spali actuali sit dicta a quantitate, ideo quan-
 titas non est per se exclusiva, et excludens alterius ab
 eodem loco, sed per suam entitatem est positivè ab se ex-
 clusiva, et impenetrabilis, et per ubi circumscriptum
 est positivè ab se excludens, et impenetrata.

Quo in n^o p'cedit p'cedere, quod admittit falsa
 doam: nam extensio spali actuali in to-
 n^o res intensio spali qualitatis, quod extensio spali actuali
 in loco est positio maiori, et minori, quantitates
 in spatio, intensio uero spali in qualitate n^o est positio ma-
 ioris qualitatis in subto, sed est incrementum eiusdem
 qualitatis in ead' p' subto: unde extensio spali actuali
 res inharentia, et unio qualitatis ad subto, et ubi-
 cationi eius qualitatis in spatio, quod sicut extensio spali
 actuali est positio p' quantitates in spatio, ita

unio qualitatis, est positio primum qualitatis, in sub-
e-ubicatio eiusdem qualitatis, est positio primum eiusdem qualitatis, in
spatio: accessio uero & incrementum quantitatis, sicut intentioni
qualitatis, quod sicut qualitas, diuisionem per intentionem fra-
lem, ita quantitas, de maiori per accessionem fralem, unio qualitatis
intensa per se est exclusiua alterius sibi inuicem ab eodem sub-
e-ubicatio, uero actuali positione conjunctionem actualem cum tali
sub-
e-ubicatio, uero negatiue per negationem accessam, ut recte notat
Sunt. citatus sec. 5. § 46, arguitur in omnibus equipparari nostra
quantitati, nec in eis non fieri potest argum. Quamobrem
ad oblationem neganda est utraque sumpta.

Ob 4^o effusio primum, et positio, in-
tuitus, non est reddere substantiam actualem primum
impenetrabilem, sed aptitudinalem expansam in loco, quod non
est per suam effusio impenetrabilis. Neque autem, quod effusio
actu impenetrabilem, sed habere actu impenetrabilitatem
primum primum suam, et absam, nil aliud est, quam ha-
bere actu, sed de facto aptitudinalem expansionem in
ordine ad locum, ut patet ex dictis: Unde cum ef-
fectus primum, qui peruenit a primum, non distinguatur
ab ipsa primum, uerum quidem est substantiam per quan-
titaatem reddi primum actualem positione impe-
netrabilem, ut recte docet Sunt. citatus sec. 4.
§ 39, sed non debet effusio primum, quantita-
tis, ordinari explicari per impenetrabilitatem,
quod uidetur impenetrabilitatem sonare aliquo ne-
gatiuum.

Ob 3^o si quantitas, per suam effusio
est primum impenetrabilis, nec diuisionem
poterit penetrari, sed quantitas Christi in

Eucharistia perhibetur cum quantitate panis, et vini;
 qd eor. Hæc obis tanquam difficillima inter ex-
 istimati, et multi, exemplis incipitissimi, exaggera-
 vi; sed se uera nihil difficultatis in ea uides, si res
 ite percipias, qd sit impenetrabilitas positua, et
 absc, et qd sit unam rem cum alia penetrari, non
 impenetrabilitas, positua, et absc est exigentia rei, ut sit
 in loco per aliquam aliam partem, qd ita facti uerendae
 pte, rei impenetrabilis, ut una, neque partem aliam con-
 piam, nec aliud corpus impenetrabile, aut ptem illius in eodem
 loco: penetrari aut rem unam cum alia, est una
 n habere negationem coexia in eodem loco cum alia.
 Unde ex qd una quantitas non habeat negationem coex-
 istentia in eod loco cum alia n sequitur aliqua implicati-
 tis neque aliqd i eius rationem falsam, ad huc n talis
 quantitas est impenetrabilis positua, et absc, qd ad huc ha-
 bet illam exiam; imo habere potest actualem extensionem
 falsam in loco, quam exigit, tñ n habeat negationem
 coexia cum alia in eodem loco, qd uiciter annexa est
 tali extensioni falsi actuali, qd cum ois negas est absc
 per positionem pte negata, qd ponit aliud corpus in eod
 loco, n amplius perseverat in quantitate extensa actua.
 Et illa negatio societas, et sitaor cum alia in loco: neq;
 aliqd aliud tollit à quantitate per penetrationem, nisi
 illa negas coexia in eod loco cum alia quantitate: sicut
 à nigredine persistente in subto, si in eod subto ponatur
 albedo, nil aliud tollit nisi negatio coexia, quam an-
 tea habebat talis nigredo.

Ob. 6. bdi circumscriptionum quantitati, dif-
 fert epia ab ubi circumscriptione mæ, et ali-

oportet malum, sed non apparet alia ratio distinctionis, et
siali, nisi quod ubi quantitas est immunda, et facta ipsa im-
penetrabilis non est ubi materia, et aliorum entium malum; et
cum Surt. citatur sect. 4. §. 40., existimat se, ubi ubi
ne propter quantitativam esse definitivam: unde in eius opide
non habet vim huiusmodi obiectio: sed factum existimamus
in hac parte dicitur Surt., et quod ubi definitivum non modo
est illud, quod non resistit penetrationi, sed quod ita rem ponit
in loco, ut etiam ponat in qualibet parte, quod non videtur esse
aliqui ubi ubi ubi entium malum; quod aliter res-
pondemus ad obiectionem negando min. Nam ut ubi ubi
quantitativa est, et distinguitur ab alijs circumscripti-
vis aliorum entium malum, satis est, quod illa immunda exi-
gat negationem coejae in eodem loco cum alia quanti-
tate, et cum alia re quantificata, ista vero non nisi
mediate, et magis remota ratione ipsius ubi ubi
quantitativa: sicut ipsa ubi ubi quantitas, distin-
quitur a parte ab eadem quantitate, quod quantitas sit pos-
sibilis, et quasi remota occupatio loci, ubi ubi ubi
sit actualis, et proxima, ac immunda occupatio eiusdem loci

Ex dicto patet, quod impenetrationem actualem
positivam, et absam esse ubi ubi
negativam vero, et respectivam esse negationem coejae, et
simultaneam in eodem loco cum alio quanto se autem ex ubi ubi
one illa quantitativa, ut dictum est in prioribus sect. §.
Impenetrabilis, et §. Ob. 5. et expresse tenet Surt.
citatur sect. 5. §. 46., et patet, quod repugnancia duorum
in eodem subiecto est actualis, negatio simultanea coeja
in eodem subiecto, quod quasi impenetrabilis subiectiva tollit per
simultaneam etiam in eodem subiecto. Dein quod actualis

ali, penetratio est sitanea coepta duor, corpor, in eodem
loco; of impenetratio est negatio tali, coepta sitanea
in eodem loco:

In *Actu* 4^o quantitate resistere pene-
trationi neg. ariose, qm, Deu & lege ordinaria
p exigentia reg, inoperando n' debet currere cum alio
corpore, ut sum ubi circumscriptionem pducas in eod' loci
in quo aliud corpus, pexistit circumscriptione: a p in tali
resistencia nat' e' insuperabilis, Hanc est, resistia ne cu' insuperabilis
vacuum e' impediendum, t' insuperabilis n' sit cu' illud
iam factum resartendum, q^a postquam res factum
est vacuum, iam Deu dispensavit in lege ordina-
ria de n' concurrere cum aliqua ca' nat' i' reg, exi-
gentiam, qua petant in' se sequitatem pp reservationem
singular, s' universi: pntea ut iam iterum i-
nanti se iungere s' petunt ordinarium iuratum ad
motum localem persic eandem p'm; in qua iterum
iungant, quem Deu p'stare pot' e' debet, n' non
potest impedire p'iam motivam, v' m'le o' m-
geby, qui per virtute m impulsivam possunt
corpore, s' detinere, s' aliter sum impellere, ne ad
vacuum tollendum, qd iam factum est, ad eundem
locum concurrant p virtutem p'p'iam motivam.
Sic et nat' insuperabilis, est resisten-
tia unius in' intensi, ne aliud in
eod' subto sit pducas: s' resistia unius p'ia
subiali, ne alia in eandem man sit introduca-
tur. Vinitu' en' p'p'urinci tali resistencia, q^a
pot' Deu in ea lege dispensare ponendo duo corpo-
ra in eod' loco. Ita cum e' tot' 4. Phisicor, textu

et ois eius insensere, ibi: Bellarminus lib. 3. de
charistia c. 6. Valencia l. p. q. 2. puncto 1. C. 4.
Physicor, c. 8. q. 4. a. 1. Rubius ibidem tractu de
nā loci q. 5. Delrius lib. 2. dequisitionum magi. cap.
q. 17. doctrina Actor, 5. cum Tyrano, et alijs.

Colles denique 5. penetrationem patris
et coexiam duor, ut por, in eod loco, ef-
fective nō per actiones pōnitivas talis coexia, cum
nō impenetratio nega, et respectiva patris utriusque
in negatione talis coexia, patris auferri debet p
ipsum coexiam, sicut tenebra patris auferuntur per
lumen, quam negant, et ois alia negatio p formam
negatam patris auferri, effective nō p actionem p
mutuam talis patris: est aut coexia duor, ut por, in
eod loco, positio utriusque corporis in tali loco, qua
positio debet esse utraq, circumscriptiva, et quan-
titativa, q nō est propria penetratio, nisi sit utrius-
que nāli, resistantia. Ita Surt. utriusque scilicet 5.
40.

Un' scilicet penetratio est ipsa ubicatio gn-
titativa circumscriptiva: motus autem
talis pōnitivus talis ubicationis est penetratio effi-
q quidem actio dici solet supernāli, quoad mūm,
q illusivus est in entitate nāli, et ut a credit
extrinseca dispensatio Dei, ut nā auctor est,
q nūq iurrit in tali euentu cum corpore quan-
to ad pōnendam ubicationem in eodem loco, in
quo est aliud corpus quantum, i hō em ordina-
riam, qua de creuit p nālem rez, exigentiam
nō iurrit in tali euentu cum alio corpore q nō

ad ponendam ubi actionem: non uero in presenti in-
 formalitatem huius actionis, n' examinamus.

Disputatio 9^a
 De Relatione.
 Sectio 1^a

Relatio pntialis à funto, et
 vis distinguatur?

Suppono in primis dari in creatura relati-
 onem, ne eodem dominum sensum reprobemus: suppo-
 no dein relatiōem pntalem in eo esse positum, qd ueritas
 unius ad aliud: utriusq; sufficienter possit hōc ad
 ad caput de Relatiōe. Inquirō tōm in presenti, qd relatiō
 ad aliat d' re, ad ea, nimirum d' suum funtum, et trum.

Certe Suar. eodē denominatione respectivas fecit
 ad se pplexu, ut ex ipsius scriptis, uix cer-
 to appareat, an relatiōem trum includat, et ut se habeat
 ad quatuor ex pte funti, qd in supplemento hōc qd
 de Operatione illius a. 4. §. Suar, et hinc in Metaph.
 2. sect. 2. in pmo. cum hōc §, et Fortado notau-
 mus. Reuerens Joannes de hōc qd ip. d. 3. sec. 6.
 qd attinet accurrimē itendit multi, ex eo loci ad-
 dunt, cam fuisse Suar. mentem, ut uellet relatiōem
 pter entitatem funti aliqd aliud intrinsecē in-
 cludere ex pte tri, et ita typicū mentem itelligere

et defendi.

et defendisse illius discipulos, et vocat impostores,
et suar. Adversarios illor, q. iriam opinionem illi as-
cribunt, ut cum facile impus sent. Item conset
de mente Suar. Tura. in pra. cotandis, sect. 3. §. 41.

Itaque distinctionem ex natura rei sat modicam
inter relationem generalem, et eius finitum ad-
mittere Caetan. 1. p. q. 28. a. 2. §. In responsione,
qua in se facit de recedent ad antiquioribus Tho-
misti: Capreolus in 1. dist. 30. q. 6. Ferrarensi,
4. 3. gentes c. 14., Scotus, Barthez, et alij per hanc
Promissa **Q. D.**: et ex nostri Amicus 1. Tomo hōia wa-
ctatu 15. q. 5. dubio. 2. a. 1., et infra inferius solvemur.

Cōi vō mica in i. veteres, et **Q. D.** nullam ex natura
rei distinctionem agnoscent in finitum, et relationem
generalem, et solam distinctionem moij. Ita Okamus, Alar-
ahus, Maior, Gregorius, q. oppositam miām vocat nor-
uam imaginationem irrationabilem, Alexi, An-
tonelus, Foydus, Silvester, Heruey, Saneby, Son-
cina, et alij, quos sequit Suar. d. 47. sect. 2., Bar-
que 1. p. d. 116. n. 7., et 1. 2. d. 15. n. 49. Furt. in lecta
d. 15. a. sect. 2. et in Physica d. 12. sect. 3. §. 28. horum in
hōia cap. de Pelase q. 4. In ead. est aperte S. Thomae,
tum alibi, tum p̄cipue in opusculo de tractu 5. c. 2,
et 3. et 5. Physicor. lectione 3. et q. 7. de pot. a. 8., et
1. 2. q. 7. a. 2. ad 1. m., et in 1. dist. 4. q. 1. a. 1. ad 2. m.

Ceterum in modo loquendi est alij uarietas, in
Act. huius mica: nonnulli se ita loqui ui-
dent, ut occasionem p̄beant lectori ad existimandum,
qd. in ea fuerint opinione, ut existimauerint totam
etiam relationem absolui, et compleri ex se unius exhi

ita ut unum non nisi ut aliqd extrinsecum toti relati im-
poneret. Amicus citari faceret Okamum, Gregorium,
Mariliam, et thomam aperte includere utrunq; ex-
tremum in egra relati.

Eandem fuisse s Thomam sicut n'est duc-
tium, nam in illo opusculo 48. tractu s.
c. 2. docet relatiem distingui a finito, sicut totum dif-
fert a sua pe / Sicut n. dicimus, inquit, qd totum dif-
fert a sua pe, n. sicut res a re, s. sicut illud, quod
importat plus, quam pars (homo n. differt ab ani-
ma, qd importat miam, quam n. importat aia) sic re-
latio differt a suo finito, qd relatio dicit rem sui
finito, et oppositum terminum, quem n. dicit finitum, et
in eo loco l. 2. citato / In his aut, inquit, q. ad aliqd
dicuntur, denominati aliqd n. solum ab eo, qd inest, s.
et ab eo, qd extrinsecum adiacet, ut patet in dextero, et
sinistro, aequali, binaguali, et similibus.

Suar vero citari sect. 2. n. 15. / Ipse, in-
quit, triu, aliquo modo concurrunt, et navi-
us est ad splendendam denominationem relativam: hoc
n. sufficit, ut illo ablato ceper denominatione, et si n. ut
rei auferat a re denominata, qd ex inseparabilita-
te relationi, ponit finitio, et triu, potius infertur omo-
da identita, seu qd id est, infertur relativam deno-
minationem n. ut rei addere s. ois, res, absq. / Vbi no-
ta non dixisse s. singula, s. s. ois. Postea vero, no-
22. ubi sicut suam pponit / Sed ob hoc est, inquit
relationem qd dicere piam a liquam realem, et invari-
secu denominationem ppiam relativum, qd distinguit
illam uo n. esse rem a liquam, aut modum ex na rei

AD 13

dictum.

distum ab ea p^a ab ea, si esse in re p^{ri}m aliquam ab-
sam, n^o tⁿ ab ea sumptam, id ut respiciēntem aliam,
quam denominatio relativa includit, seu instat
Adverte verbum illud includit.

Imo in sect. 7. n. 9. h^o ibi satis perplexe loqua-
tur, nihilominus dicit hanc esse e^om s^untiam
Derigat^o r^o r^o: et n. 13. In ipso, inquit, effi p^ol^o re-
lati, inuoluit aliquo m^o t^{ri}u^m reali, et actuali, et
iterum. In hoc aut^o effi, inquit, includit ipse t^{ri}u^m, et
n. 14. in fine. Totam, inquit, entitatem f^uit^o pot^o. De-
us ipse uare sine t^{ri}o, n^o tⁿ potest conseruare illam en-
t^oitatem sub r^ode, et denominatione relativi, q^o in illa
lam inuoluit ipsam t^{ri}u^m: imo in re ipsa n^ot dist^o
addit p^oter t^{ri}u^m t^{ri}u^m, et in hoc a manuscripta. c.
de Relati^o & Contrariam s^untiam. Sam n^o r^o r^o inquit est
t^{ri}u^m ad r^olati^om, ut f^uit^o t^{ri}u^m, et & Ad argu^om aut^o
Relati^o, inquit, p^ol^o n^o habet totum suum esse a p^{ri}m^o
t^o, id potius ratio p^ol^o, et specific^o sumit^o ex t^{ri}o. p^o hoc
et alia sua loca. Fort^o tractat^o sect. 3. & 4. existi-
mat illum in hac s^untia sine dubio fuisse. q^o si q^o, in-
quit uidet^o esse t^{ri}u^m, in ca^o est, q^o ipse ait q^o p^ode
nomine.

In ead^o s^untia hoc m^o declarata fuisse exp^o
se Meruen^o in p^{ri}m^o dist. 30. art^o 4.
et q^olibet 7. q^o 13. et q^olibet 10. q^o 1. ad iungent^o ha^o de-
nominatio^one relativa sumi ex uer^ois p^{ri}m^orum rerum
abstr^oum, et n^o ex peculiaribus en^ota^oib^o, aut modis ex
t^{ri}a rei dist^o, qui addant ip^os^o reb^o abstr^o. In eod^o sensu
eam sacris defendit G^ott^orad^o u^o citat^o, et Mag^oister me:
us Jo^ones, et h^o q^o ubi 3, et alijs in loc^o, q^o u^ota^oismus

in ca

in ea q. Supplementi 3 allegata & Certè, et *Quadrato*
 Sim. 7. q. 1. a. 5. n. 73.

Dico 1^o q. 1^o Quid sit, n^o distinguat modum
 et a functione. Pr^o 1^o q. 1^o si relatio est in
 finitum, dicitur ex natura rei sequens in rebus a se rei infi-
 nitum perfectum; relatio non est sita, et dissimilis, alteri re-
 lationi, et sic de ceteris; q. 1^o cor. Pr^o 2^o q. 1^o Deus
 se fert ad creaturam, ut dominum, et ut causa illarum, ante omnem
 illarum operationem, et non in esse nisi per existentiam ex
 natura rei superadditam, q. 1^o singulis momentis Deus mi-
 lita, mutatur reator, cum singulis momentis multa mi-
 lita creaturam, q. 1^o cor. Pr^o 3^o q. 1^o inredi-
 bile est in hac albedine esse entitates modales,
 relativas, quot sunt in orbe terrarum, creaturam, q. 1^o cum
 sint ei sita, et dissimilis, nientes, et disconuenientes,
 natis debet habere q. 1^o sita, relatiuam similitudinis, et dissi-
 militudinis, nientiam, et distiam. Imo ridiculum est
 nascente, *Ethiopia* in media *Africa* resubstare in to-
 to orbe terrarum, in singulis, et omnibus entibus, quasi per
 nuntios admonerentur de illius actu, in finitum, per omni-
 tates reales relativas, alia per similitudinem, et viciam,
 alia per dissimilitudinem, et distiam.

Dico 2^o Quid sit, n^o includit utrumque
 extremum, et prout importat finitum, et infinitum. Pr^o 1^o
 q. 1^o relatio non est modum dicitur ab utroque extremo, sive a fini-
 to, et infinito: non potest autem esse solum finitum, neque solum infinitum:
 nam si esset solum finitum, esset tota extrinseca, ut patet, si
 uero sit solum infinitum, iam dabitur tota essentia relationis ante po-
 sitionem sui, ac prout ante in dabitur finitum, iam dabitur essentia
 prout relatiuam, q. 1^o iam exhibet tota causa facti in subiecto, ut

Petrus.

Petrus albus erat vitis, Paulus albus, antequam Paulus nas-
ceret, & 2^o in utroque christi adaequari collocanda est relatio.

Ad sane placem venit aliqui iam ante
existiam tui esse in finis totam christiam rela-
tionem quoad entitatem, non vero quoad denominationem. Sed
non est, quia si talis denominatio est aliqua, & nihil: si nihil
non est ad rem: si aliqua, & erat ante existiam tui, non erat:
si erat ante existiam tui, iam erat relatio tota, cuius estum esse,
cum sit actualis respicere, & referre, iam tunc erat ipsum
actualis respicere, atque ante existiam tui, iam subitum respi-
ciebat terminum, quod est in adversarios implicat: & 2^o illud ali-
quod non erat, & ideo non erat actualis respicere, quia non erat tota
christia relatio, si nihil aliud de nouo accessit, nisi tunc:
& 3^o istius inordinatio christiam relatio.

Replicans: scia varia, & uolitionaria

Dei ante uerminationem ad obta libe-
ra sunt in deo quoad totam entitatem, non vero quoad deno-
minationem liberi, & 2^o et relatio potest esse in finis i-
ad totam entitatem, non uero quoad denominationem quoad
ante existiam tui. *Dei Fure. citatur 33. & 34.* Somi-
nes istos, quod actus liberorum Dei totam turbasse phisiam,
quod actus isti difficultiores sunt mysterio Trinitatis: non
uult eadem uentura re phisica, cum diuini, exam-
minare, non est diuini, mysterijs lucem afferre ex phya,
sed hanc obtinere. Nam eodem modo arguere posset
Dei entitatem, potuit ut est relatio filij, non uero, ut est
uia, & 2^o et anima nostra potuit, ut est phia, non
uero, ut est uas tui. *2^o inderim, nego aii.* Quod in
phio qualitatis, agente, de libertate per otium dis-
cutiemus.

Pr 2^o.

Pr^o nostra est: q^a si ista epiā relatiō con-
 sistit in s^o p^o p^o sequit^r relatiōem reat^r
 distinguī à p^o p^o, hui⁹ n^o entitati | Album | ut à p^o p^o
 p^o p^o reat^r intrinsecam, q^d n^o ut hui⁹ entitati | Simi-
 le | nam hac entita | Album | est reat^r independēz ab
 exia Pauli albi, hac aut^e entita | Simile | n^o est reat^r
 independēz ab exia Pauli albi, q^a sine exia Pauli albi
 non dat^r hac entita | Sicut | cum enī det^r illa entita | Albe-
 cum | alioqui si iam dat^r entita | Simile | cum denominati-
 ois | Simile | desumatur, tanquam epi⁹ p^o ab ea entita-
 re, ut à cā p^o, q^d n^o dabit^r epi⁹ p^o, si iam dat^r ista
 cā p^o, cum cā p^o ex epi⁹ p^o sint oīd^e id: quomō-
 n^o pot^r dari at^r ratiōe, et n^o dari homo, si homo est id, quō
 at^r ratiōe?

Pr^o in ep^o aduersarij cōter, deesse conditi-
 onem, qui est sicut, et ideo n^o dari epi⁹ p^o p^o re-
 lationis, q^a tam p^o p^o cā p^o. Certe hoc est ridiculum,
 q^a id ualeat, ac dicere, q^d t^o deī at^r ratiōe, adhuc pot^r n^o dari
 homo, q^a deest aliqua idio, ut deī homo, et postquam dat^r
 at^r ratiōe, ac si dicerent, q^d postq^m dat^r homo, adhuc n^o datur
 homo, q^a deest aliqua conditio, ut deī homo, et postquam
 dat^r homo: nam sicut at^r ratiōe, et homo id oīd^e sunt, ita si-
 cut epi⁹ p^o, et cā p^o id oīd^e sunt, sicut n^o at^r ra-
 tiōe est cā p^o hominis, ita relatiō est cā p^o refer-
 re, s^o est p^o ipse ipse actuali⁹ unio, sicut unio est ip-
 sum actualē unio, et sicut implicat in tri⁹ dicere, quid
 deī unio, et enī n^o deī ipsum actualē unio, q^a deest ali-
 qua idio, ut deī actualē unio, et postq^m dat^r actuali⁹
 unio, ita implicat in tri⁹ dicere, q^d t^o deī tota relatiō, ad-
 huc enī n^o deī actualē referre, s^o respicere, q^a deest ali-

qua.

qua dicitur, ut de actuali referre, et postquam datur
tota relatio.

Dico 3^o De las specialibus, addit aliquid ratione
distum definitionem, et terminum. Primum datur
nova denominatio rebus, in utroque ex positione utriusque,
que, sicut probatum est, non provenit ex aliqua parte ex parte
distans, est utriusque superaddita, et provenit ex aliqua
utroque distans.

Dico 4^o De quod relatio addit definitionem, et
terminum, ab eodem ratione distum, est quoddam
extremum, in existendo inaxio, et quoddam repugnans posi-
tione existendi unum sine alio, per quam extrema sunt
receptibilia, ut inaxia, seu ad invicem relata, a se ipso penes
modum recipiendi diversa a se ipsis, sicut fractus dicitur a ratione.
Primum non apparet aliud, in quo inaxitas specialis ipsius, et ef-
fectiva relatio, et in eo referenda est.

Idem illud, si advertere relati-
onem in eam acceptam esse inaxionem unius
cum alio: hanc autem esse quoad se ipsam: nam quoad
epitaphium inaxionem, ut minus cum se modificata, et
hanc est relatio transcendentalis: quoddam inaxio-
secundum quod non in epitaphio, ut minus, et parte mediante u-
nionem: quoddam mere extrinsecum, ut scilicet cum se, in
inaxio inaxio est in se, et in eo est relatum in
dici: denique quoddam nec mere intrinsecum, nec
mere extrinsecum inaxionem, ut duo coexistentes.

Sed in his inaxio magna est deia,
nam reliqua sunt veluti antea, ul-
tima vero est veluti inaxio, seu ex suppositione:
nam inaxio transcendentalis, cum se specialis, ex

se habet

se habet absq; ulla suppositione afferre utruq; s
 vum: in eis vero pñciali est solum ex suppositione,
 qd uterque vris exiat, atque ideo est quasi unum
 cum, et necessita, sēns. Sicut in gratia effici
 oia efficiacia partiat ex iditionaria futuritione
 liberi concensus: un' efficiacia est aliquo mō sēns,
 et ex suppoē, ac extrinseca partiat auxiliis: et in
 ppositione, s. in eorūde veritas partiat insit in
 obro, et id sēns veritas est paraa de extrinseca cog
 iōi, et ex suppoē.

Ob. 1.º; 1.ª am Thom: qd Joannes, qui
 modo est filius Petri, ponit n' esse filium
 Petri, s. Anonij; et per aliqd à se distum derivat
 ad hoc, ut sit filius Petri, et iter filiatio, s. relas
 filij est aliqd sal ex nā rei distum à subia filij, s.
 à suo pñto. Dist. sēns: per aliqd à se distum de
 rivat, ut sit, s. dicat filius Petri effectiue, n. vram: q
 aliqd à se distum totali derivat, ut sit, et dicat fili
 us Petri relative, s. patr, nego vram. Nam pōla
 generationem derivat, ut effectiue pcedat à Petro: ut
 aut dicat relatiue ad Petrum, requirit, qd aliquis
 ipse, et Petrus, et generatio, ut d' instabit.

Instabit; qd ad transacta generatione,
 perquam à Petro pcepit, adhuc hanc
 et filius Petri; et hac denominatio filij relatiua n'
 desumit partiat à generatione. Dist. anis: adhuc
 Joannes d' filius Petri, morali loquendo, n. anis:
 physice loquendo, nego anis. Nam h' hac denomina
 tio | Joannes est filius Petri | aut | Petrus est pater
 Joannis | sonet aliqd aduquate de pñenti, re tñ ipsa
 est

est denominatio plerumque mixta importans aliquid
sive de presenti, sive de praeterito: de presenti, importans
Joannem, et Petrum coexistere, de praeterito autem Joannem
a Petro genitum fuisse. Unde id more ualeat / Petrus
est pater Joannis / atque / Petrus coexistit Joanni, quem ge-
nuit / et hoc est non signat simplicem vocem / Patris / sicut
domus dicitur antiqua, et homo et senex per denomi-
nationem praeteritam, et etiam praesentem. Imo nullus aliquis
ascendit solum ad generationem praeteritam, sed quod dicitur ba-
nem tertium esse filium regis Emanuele, quamvis pater
eorum existat. Non uero qui natus est, plus seueri-
ores, et denominationem realem actualem a sua re
actualem existente derivare debemus, utriusque extremi, finis
sive, et tunc actualem etiam realem postulatam, ut recte se-
quenti stabit.

Ob. 2. Non potest existere similitudo in hoc
alio, quin ei correspondeat similitudo ex parte
alterius, arguitur non potest existere haec similitudo, quod existat
similibus alteri similitudini, quod per se est deorsum, ut sit al-
teri similibus, et iterum non indiget alia relatione, per quam fiat
illi similibus, unde non sequitur praecipue infinitas in rebus a se
rei, si se latius distinguatur a finito ex natura rei. Nec
ultimam partem in re: namque ex eo capite non sequatur
praecipue, sequitur enim ex alio, quia quamvis illa similitudo
de se esse sit, alteri similitudini, non enim esse per se
similibus, et dissimilibus, Petro, cum quo sit in ente, et a
quo differat in substantia, et tunc erat per se indigenus, ut
esset illi similibus, et dissimilibus, quod si Paulus non esset
pater, non esset in Petro talis relatio sicut ad Pau-
lum, et iterum talis relatio derivat per existam Pauli, ut sit in-
ty Petro

Ob 3^a Duo alba. q. d. in se sunt fundamen-
 talia em' similia; et natio est addenda
 aliqua fra saltem modata dista, ut possint esse patri simili-
 lia. Nam q. d. non sicut dices duo ova, et obitum
 esse unum, unum esse uxorem, et isanoneum, arbore
 ex eod' stirpe natus esse uxorem, pprijs maxime et pter
 orito, et futuro, quaz. n' exit d'um, esse veras, et cer-
 natium hominum in ratione ternarij esse sitem ternar-
 nis equoz, per unum aliquem superadditum, q' omnia
 sunt incredibilia, falsa, et ridicula. In si q. d. di-
 mus Roma, vident' distinguere relatiem a finito, et
 dicere, qd cum est facta i'positio nem, eligendum est de
 destine rationis, et de i'positione d'og' n' de physicali
 et reali.

Ob 4^a 3^a 2^a am eodem: Paternitas, q' est
 relatio, in divini, n' includit utrunque
 extremum, q' d'ista consistit in finito, s. ex facie genitoris,
 q' et increati, relati' Patri. q. d. n' includit utrunq' ex-
 tremum, q' d'ista se habebit ex pte finiti. Neq' vici-
 am. Dista ratio est clara, q' Pater in divini epistate
 et natio respicit filium, et id' p se, et n' per aliqd
 ex se debet illum respicere, ac pater in creatis, tum
 non respiciat epistate, et natio filium, q' auctat, et
 q' d' p, per aliqd ex se, s. per aliqd, qd non sit ipse,
 debet detrahi ad talem respicientiam. Imo ex ip-
 se, divini, relationib' nos tra roborat' q' d' q' ge-
 neratio, et Paternitas, s. pater, ut sic, nec ratione p-
 prie differunt in divini, vñ istas in creatis pater-
 nitatem, s. relatiem Patri, in ipsa quoque generatio-
 ne patri consistere, q' aliqd ulterius requirere pp
 indiam

indiam extremam ad talem denominationem, pot. n. qd
libet effor. exire, et transacta generatione, imo est p
impossible exire generatione, et tñ n' denominari
relatum, si alterum n' exiat, argin' per exiam, s.
per coexiam alterius, ultimo denati in ratione relati
ui...

Ob. 3. Relatum p. Pater debet esse ad
aliud à se distum, q' paternitas n' in-
cludit utrunque extremum, alioquin ea pars, quae se
habet ex pte tri n' erit ad aliud, q' non distinguit
à trō. Nego itiam: q' relatum debeat esse ad ali-
ud, n' tñ debet esse ad aliud per aliquid distum ab illo alio
ad qd est relatum, nam relatum est id, qd refert, vñ sa-
xi est, quod id, qd refert, sic distum ex nā rei ab
eo, ad quid refert, q' relas est ordo, s. nexus realis,
nūquid debet esse int' extrema relati dista, relatio
verō est id, quid refert, et n' est id, qd refert: vñ
cum ille homo, qui dicitur pater, refertur ad filium p pa-
ternitatem, ille homo debet esse distus ab alio homine,
q' dicitur filius, non vñ ipsa paternitas: et ideo ille
homo, q' dicitur pater non includit trūm, s. filium,
paternitas verō bene pot includere filium.

Replicabit: q' pater est frater partialis
pater per filium. Concedo totum. Nam
esse pater patrem, et esse pater filium, est esse duo
termines coexientes, quorum alter alterum genuit: nā
filius pater dicit totum hoc | Homo generans ab hoc
et pater pater dicit totum hoc | Homo generans hunc
effectivē vñ frūitatis, s. ordinatū constituit pater p
pōam generatiā, pater vñ, et p'ximē per genera-

tionem